humillima tota ex humilitate in te deficiebas, tota
ex cognitione tui profundiſsima in nihilū abibas, tota
in tuæ submiſsionis abyſso teipſā in te amittebas; sed
hæc ô virgo, hæc nostra sit aggratulaō, quia ubi
te ex profundiſsima tuiipſius agnitione, et depreſsione
teipſā in te amittebas, ibi te Filius Dei Matrē suā
electiſsimā inueniebat, ibi Filiū Dei, tuū etiā eſse
Filiū (o lætitia diei! o Solemnitas gaudij! o fortuna
ta amiſsio sui!) inueniebas. quando enī ex insigni
et nusquā satis laudanda tua humilitē dixisti; Ecce
Ancilla Dñi, Fiat, ∽ facta sunt hæc oīa. ubi per
te nihil fieri poſse admiranda tua demiſsione, et
profundiſsima cognitione perspiciebas, ibi in te
Factorē oīū (ut ita dicā) faciebas, et fabricabas. ubi
in te nihil oīo inueniebas ob humilitatis, ac depreſsio-
nis propriæ infinitā profunditē, ibi pelagus
immensū, et mare fiebas inundans omniū gratiarū,
donorū, bonorum deniqȝ oīū, numquā tn exhauriendū.
Sed mirandū nō ē, hæc enī virtus tantæ ē pulchri-
tudinis, tantæ perfectionis, tanti splendoris, ut
ſeipsā inter oēs alias virtutes, nulibi capiat,
se nō comprehendat, ſeipsā nesciat, ob nimiam
(ut credo.) eius excellentiā. Videmus purpureā
igniferi solis faciē, seipſā nō videt; nitidiſsimis
radiorū agminibus resplendeſsit, tanti fulgoris in-